

BENEDICTI ARIÆ MONTANI

HISPALENSIS DE VARIA IN HEBRAICIS

LIBRIS LECTIONE, AC DE MAZZORETH RATIONE

ATQVE VSV,

PRÆFATIO AD LECTOREM.



AGNA olim antiquis Israelitis sacrorum librorum lectionis conseruandæ religio magnaque cura fuit, & ille sibi diuinitus creditus & commendatus thesaurus, in quo vitæ æternæ mysteria continebantur, omni diligentia atq. custodia dignissimus habitus, atque ita conseruari debere creditus est, vt ne quid nõ verbo tantum, sed nec minimorum etiam apicum detrimenti in eo fieret, omnibus modis & rationibus fuerit prospectum. Nulla autem eius conseruandæ commodior ac certior ratio visa fuit, quàm vt omnium mentibus summo studio assidua lectio, meditatio, recitatio ac pronuntiatio ab ipsa vsque pueritia inita constaret. Hoc enim pacto & librorum incorrupta veritas conseruari, & sapientiæ in ipsis contentæ maximus vsus percipi po-

tuit, atque Dei mandato obediri, à quo legis & disciplinæ suæ cognitio & cura huiusmodi imposita fuit. Sicut scriptum est: Audi Israel ceremonias & iudicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie, *Deut. 5.* discite ea, ac opere complete. Quanquam enim diuinæ legis sacri libri à Mose conscripti in tabernaculi interioris arca religiosissimè seruandi depositi fuerint, multa tamen illorum exemplaria sacerdotum, quibus id munus creditum est, manu aut aliorum opera descripta à sacerdotibus collata & probata, ad lectionis doctrinæ & explicationis, atque omnem publicarum & priuatarum vsum rerum multis ex Israelitico populo fuere: illi enim libri omnibus & pueris & senibus, viris & fœminis legendi propositi sunt, ad quorum normam omnes singulorum vitæ rationes institui debuere. Et nunc audi Israel præ- *Deut. 4.* cepta & iudicia quæ ego doceo te, vt facias ea, vt viuas, & ingrediens possideas terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis: non addetis ad verbũ quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, docebis ea filios & nepotes tuos; & cætera quæ in hanc sententiam plurima Moses illo in loco diuinorum librorum lectionis, ac perpetuæ meditationis & memoriæ commendandæ studio subiungit.

SED cùm Satanæ malitia & callido consilio contentoque conatu sæpe procuratum fuerit, vt hominum animi à sacrorum librorum lectione & meditatione auerterentur, humana etiam nequitia ab honesto labore & studio ad ignauiam & viles curas plerumque degenerans, commoditates multas Satanæ crearet, ad id quod cupiebat, obtinendum: accidit aliquando vt discessione in populo Israelitico facta, & hominibus vitiosa consuetudine corruptis, non modò illud diuinorum oraculorum studium intermissum, atque memoria omnis & exercitatio penè extincta fuerit; sed præter illud sacræ legis primum exemplar, quod in arca seruabatur, vix vnum in omni illa quondam sancta Ierusalem ciuitate huius magni thesauri publico repositoio reperiretur: cuius lectio Scribis, Sacerdotibus & Regibus ipsis omnino peregrina, & ad admirationem vsque obsoleta visa fuit. Quanquam verò illa iam tempestate diuinæ legis exemplaria aliquot Iosifæ regis optimi iussu sacerdotum & scribarum procuracione descripta, & non studiosis modò, sed populo omni fuerint tradita: tamen Israelitarum & Iudæorum rebus non multò post labefactatis, hominibusque ipsis longa & miserrima septuaginta annorum seruitute occupatis, fieri non potuit, quin aliquod detrimentum sacris etiam libris allatum fuerit; vel quòd qui antea docti instructique eorum lectione fuerant, inopia & rei familiaris cura importuno & assiduo labore pressi, non possent mentis atque animi contentione omni id studium in sacris libris ponere, quod res ipsa postulabat: vel, quòd amisso iam illius linguæ familiari vsu, atque in peregrini sermonis consuetudinem mutato, ille germanus Hebraicorum verborum sonitus minùs rectè exprimi posset ab omnibus, nisi multa cura quam vel continuæ miseræ tædium non admitteret, vel etiam antiquioribus hominibus extinctis, qui his superstites manerent posterì in aliena regione & lingua nati atque educati, quicquid in sacris libris legerent, ad familiaris figuram sermonis pronuntiarent. Constat enim apud omnes qui antiquas Hebræorũ historias legerunt, Iudæis Hebraicæ linguæ vsu in Chaldaicum primùm sermonem, deinde ex illa captiuitate in patriam restitutis, in Syriacum degenerasse. Cùm verò Hebræi omnes & Chaldæi, atque alij etiam qui harum nationum linguas, tamen degeneres, retulere, vt Arabes & Syri libros scriptaque omnia sua sine vocalibus scribere consueuerint, atque adeò sacra omnia tum Legis, tum Prophetarum & Psalmorum volumina hanc formam quondam tenuerint; nihil mirandum esset, si vel temporum iniuria, vel huiusmodi tempestatum, in quas populus incidit, causa, vel quorundam librariorum incuria aliquid vitij in scripturam sacrorum voluminum irrepserit, quod

quod postea per doctissimos viros, qualis Esdras, & postea Gamaliel, Ioseus, & Eleazarus, aliique magni nominis fuere, diligenter vt factum rectum redderetur, fuerit procuratum: ita vt cum huius linguæ vsus non iam vulgaris vt antea, sed inter doctos tantum contineretur, magno studio communiter prospectum fuerit, vt sacra lectio quam integerrima incorruptissimaque constaret. Ex horum autem virorum vel collegio vel institutione per discipulos posterioribus sæculis accepta & exulta illum vtilissimum thesaurum ad nostra vsque tempora conseruatum extitisse arbitramur, qui quod quærentibus varias Hebraicorum Bibliorum quæcunq. vnquam fuere, lectiones abundè & fideliter tradat, מִסְמָרָה hoc est, Traditio, vel traditionalis est appellatus, idemq. tanta diligentia olim, tanta cura conseruatus & sedulitate, vt nullam vel minimam in variis exemplaribus discrepantiam admisisse vel à diligentissimo & perspicacissimo alicuius ingenio & iudicio deprehensus vnquam fuerit: in quo duo maxima & cognita dignissima, atque ad morosos calumniatores redarguendos oportunissima animaduertere est; quæ diuinam prouidentiam sacrorum librorum integritati perpetuò assistentem, probare possunt. Alterum est, ferè omnem librorum varietatem, siue ea ex deprauatione antiquæ pronuntiationis, siue ex librorum incuria aut inscitia profecta fuerit, in sola Grammatica nonnullarum dictionum scriptura consistere, eamque in punctis, hoc est, vocalibus iis quæ vicinitate quadam ita contiguæ sibi sint, vt ab vnus recta pronuntiatione aberrantibus, in aliam ferè deflectendum sit: id quod non huic modò, sed cæteris omnibus linguis accidere, imò vsu venire videmus. Apud Græcos enim α & η, ε & ι, adeò sibi assonæ vocis erant, vt quæ ab aliis per Alpha & Epsilon, pronuntiabatur & scribebantur, ab aliis per Iota & per Iota prolata scriptaque constarent; ex quo fonte illæ Græci sermonis varietates, quas Dialectos dicunt, emanarunt. Videmus autem, quotidianoque experimento obseruamus, vnus linguæ homines, qui alienam pronuntiare etiam diligenter studioque curant, tamen in hanc vocalium vicinitatem à germano sono quam sapissimè deflectere. Italus cum Hispanicum sermonem imitatur, pro *señor*, *signor*, pro *nuestro*, *noestro* sonat: contra Hispanus pro Italico *signor*, suum *señor*; pro *puoco*, *poco* profert. Quin & in vna eademque lingua in eadem vrbe qui rarius sonant, vt negligentiores aut rusticiores aliquando plures sunt, in hanc assonantiam vocalium plerumque prouunt. Nam vt è patria mea lingua exempla tantum afferam, cum possem & ex aliis, quas quoque noui, afferre passim, audimus pro *principe*, *prencipe*, pro *iustitia*, *iofticia* in Hispanico sermone pronuntiar: & tamen quanquam hæc in vocalibus varietas vel vitio, vel consilio admittatur, dum consonantium præcipuarum expressa constet vis, nullum in significatione detrimentum accipitur. facile namque cognoscit Italus quid sibi significet Hispanus cum sic loquitur: *señor nuestro*. Nulla significationis parte eruditioris pronuntiationis compos Hispanus fraudatur, cum à rusticis audit, *Señor prencipe demando iosticia*. vt interim omitam quæ plurima Latini de suarum vocalium affinitate & transmutatione etiam notauere, vt de Sylla, Sulla, Vertuno, Vortuno; Mesij, Misij, vestrum, voftrum, & cæteris. Hæc autem quæ in hoc genere producta nobis sunt, cò omnia tendunt, vt ostendamus nullum ferè esse in sacrorum librorum lectione detrimentum sententiæ, vbi varietas tantum in vocalium vicinitate punctorum aut etiam in quantitate consistit, vt cum pro longa, breuis, pro breui, semibreuis in ipso lectionis contextu scripta est, pro a simplici, a compositum; pro e, i; pro u, o, vel contra legitur, vbi litera duplex, hoc est, affecta puncto daghes pro simplici, quam raphen notat, scribitur. Et quidem maxima in his lectionibus varietatis pars in huiusmodi punctorum discrepantia consistit, vt toto huius MAZZORETH, siue variarum lectionum volumine apertissimè demonstrabitur. Sed est etiam aliud varietatis genus in iis consonantibus literis, quæ vel pronuntiationis affinitate, vel figuræ similitudine, quam proximè aliæ alias referunt. cuius generis sunt כַּף אֶחָד וְכַף אֶחָד & aliæ, quarum affinitatem vel in hoc quadrato characterum genere, quo à discessione Israelitarum Iudæi vsi sunt, facile erit cuius obseruare: vel in alio illo antiquo, quod commune omnibus Israelitis cum fuisset, apud Samaritanos est conseruatum, qui illarum literarum ignari non sunt, animaduertere etiam possunt.

EST & alia quoque varietas, quæ tametsi rarioribus exemplis deprehendatur, tamen plus vel dubitationis vel negotij afferre legentibus possit, ad germanæ lectionis statuendam rationem: id verò genus est, cum verba omnino & voce & significatione dissimilia indicantur, alterum in contextu ipso lectionis, alterum in margine annotatum. cuiusmodi illa sunt, וְשִׁבְבָה וְשִׁבְבָה וְשִׁבְבָה וְשִׁבְבָה quæ admodum rara sunt, pro tantæ horum librorum antiquitatis, & illius gentis apud quam conseruata sunt, calamitatum ratione penè immensa. Ea verò quæcunque huius generis fuerint, quanquam ex antecedenti & consequenti sententiæ obseruatione dignosci recto iudicio possent, tamè vbi semel olim vel ex transitione, vel ex alio quouis argumento discrepare dicta fuere, tanta religione sunt excepta, vt in Mazzoreth cum aliis omnibus referri debere iudicarentur: neutra enim earum reiicienda, imò vtraque simul & retinenda & componenda visa est. Quanquam enim altera magis sequacem apertamque sententiam redderet, vtraque tamen simul plenam magis & significationis pondere grauiorem reddere cõperiebatur. Hæc, quam exposuimus, omnium in Hebraica lectione varietatè, summa est, quas diligentissimè obseruatas, collectas & enumeratas à multis annis, quorum certa ratio nondum constat, ad nostra vsque tempora in omnibus manusc. Bibliorum exemplaribus, quæ vel in Asia, vel in Africa, vel in Europa sunt, sine vlla discrepantia adscripta, magna cum legentium omnium admiratione visuntur. Neq. enim tantam harum מִסְמָרָה similitudinè & constantiam manifesto diuinæ prouidentie argumento carere arbitramur, cum

cum id in nullis aliis vel Chaldaeorum, vel Graecorum, vel Latinorum libris contingere videamus. Esse autem & fuisse antiquissimum huius Mazzoreth usum, atque ab ipsis Israelitarum primis ferè calamitatibus natum, tum res ipsa, quæ ferè, vt diximus, pronuntiationis varietate constat, tum etiam Hebraeorum doctorum libri omnes docent, quibus hæc MAZZORETH auctoritas frequenter citatur. Sunt nobis integra Biblia Hebraica manuscripta ante annos, vt scriptura indicat, quadringentos: sunt in Complutensi bibliotheca nostris antiquiora: elegantissima vidimus Bononiæ in Prædicatorum monasterio, & in Canonicorum cœnobio, vidimus Mediolani apud Dominicanos optima & antiquissima exemplaria: in quibus omnibus constantissima & sibi omnino consentiens MAZZORETH adscripta est eadem quæ in Venetis & in Bombergianis codicibus circumfertur. Hanc autem quod non minus vtilem quàm cæteræ in aliis linguis variæ lectiones, imò præter cæteras vtilissimam fore arbitraremur, huic sacro Regionum Bibliorum Apparatu addendam quàm fidelissimè curauimus, addita interpretatione eorum verborum, quæ non Grammatica tantum ratione, sed significatione ipsa discrepare obseruantur: vt doctus lector, vtraque lectione simul composita, in arcano illo sententiæ inueniendæ genere exerceatur. ipse enim vtrò vbi hanc rationem inuenierit, planè iudicabit neutram partem esse meritò reijciendam.

PORRÒ verba ad indicandam varietatem lectionis, iam inde à principio in Mazzoreth vsurpata sunt קרי יתיר, כהיב קרי, quorum illæ significationes sunt: קרי indicat sic scriptum esse in contextu: קרי verò ita legi solere; יתיר autem literam vel punctum præter Grammaticam rationem redundare docet. Hæc igitur quicumque attentè atque æquo animo legerit omnia, intelliget nimirum vel temporum iniuria, vt credere par est, vel Iudæorum inuidia, vt quidam accusare volunt (qui tamen neque auctorem, neque tempus, neque argumentum certum, quamobrem Iudæi id fecerint, indicant) non tantam calamitatem esse allatam, quantam apud huius Mazzoreth antiquissimæ ignaros exclamari audimus. Quod superest, illud est, Christianum omnem lectorem admonere & obsecrare, vt omnibus iis lectionibus, quæ ad diuini verbi explicationem & cognitionem pertinent, vno tantum pietatis exercendæ & promouendæ studio ductus vtatur, fugiat verò contentionem, cuius nullus vnquam in pietate colenda probatus vsus fuit. Datum Antuerpiæ, Idib. Ianuariis. 1572.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI DE EXEMPLARI
PSALTERII ANGLICANI ANIMADVERSIO.



M in disciplinarum & scientia rationibus componendis nihil magis incommodum sit, quàm vt incerta pro certis habeantur, lectorem admonendum duximus, non omnia, quæ aliquando commendantur, manuscripta exemplaria eam fidem mereri, quam ex commendantium auctoritate aestimari oportuerat. id cum frequenti iam exemplo in alijs libris deprehenderimus, in vno Anglicano Psalterio Hebraicis literis manuscripto manifestè indicare possumus, quod id exemplaris correctissimi et antiquissimi nomine à doctissimo in nostra etate scriptore, præcipue in Ecclesia dignitatis viro non à se visum, sed ex alterius relatu summè laudabatur, atque ad grauissimæ sententiæ à se prolata, testimonium & argumentum citabatur in libro qui De optimo genere interpretandi scripturas inscribitur: illic enim contendit auctor, multa in Biblijs Hebraicis loca esse deprauata & corrupta, Iudæorum, vt dici solet, malitia, idque adstruit ex fide exemplaris Psalterij, quod magno in pretio haberi in Anglia dicit, idemque sancti Augustini Archiepiscopi fuisse quondam affirmat, in eoque multa esse correctæ, quæ in alijs Biblijs corrupta sunt; vt quod Ierusalem perpetuò scribatur, & non Ierusalaim, vt in omnibus legitur alijs: atque vt vere vocabatur illa ciuitas, sicut à nobis in Geographia est demonstratū. Deinde vnum maximi momenti affert locū, ibidem, vt ait, integrè conseruatum, in cæteris verò mutilum, is est Psalmi nonagesimi sexti decimus versus, Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno; testatur enim illud, à ligno, in hoc Psalterio esse, quod Iudæorū malitia olim euulsum inde sit, vt ex Iustino Martyre auctore Græco ipse alijsque citant. Cum verò ad huius sacri Bibliorum operis instructionem nihil non conquirendum nulli difficultati, aut tempori, aut loco cedendum duxerimus, atque varia Hebraica, Græca, Chaldaica, & Latina exemplaria, Deo nostros conatus promouente, comportauerimus, nacti etiam sumus illud exemplar Psalterij appellatum Anglicanum, quod tanquam thesaurum magnum diligentissimè conseruatum Ioannes Clonens doctissimus & pientissimus vir ex Thomæ Mori familia possidet, is enim & optimi exemplaris Pentatheuci Græci, & huius Psalterij nobis copiam fecit. Sed cum Psalterium videremus, non potuimus non vehementer dolere, grauissimo & doctissimo viro, qui ex aliena fide scripserit & docuerit, sic turpiter esse impositum. Cum primis enim neque liber antiquus est, neque ab aliquo, qui Hebraicam linguam cognorit, scriptus, sed à scriba Latinas eleganter pingendi literas non ignaro, octoginta, aut ad summum centum ab hinc annis depictus, breuis liber charactere Hebraico, imitatione magis & pingendi peritia quàm legendi notitia relato, adeo corruptè descripto, vt vix vllum verbum integritatem suam retinere videatur. habet nonnullorum Psalmorum Latinam interpretationem nostram vulgatam, & annotatiunculas illum Iacobi de Valentia stylum redolentes, per breues illas & raras. Cum puerilem omninò rem esse deprehendissim, tamen ad nonagesimū sextū Psalmū me contuli, ibi non mo do non reperi illud testimonium, à ligno, verum totum illum dimidium versum desideravi, videlicet, Dicite in gentibus quia Dominus regnauit: & tamen in toto libro quanquā plura verba & integræ sententiæ desiderentur,

nihil tamen deest quod scriptum antea fuerit, constat enim integra & continuata scriptura, eaque, ut diximus, penè recens, puncti & vocalis ex minio accentus ex Heliotropio depicti, capitales literæ aliquot in initiis Psalmorum aurea, sed quæ Latinam magis quàm Hebraicam referant formam: ludere ne an illudere scriba ille voluerit, satis dignoscere non poteram. quod ad antiquitatem attinet, sciunt pictores quantam ætatem Heliotropij color ferre valeat, rarissime enim centesimum attingit annum. Ut autem antiquorum & diligenter scriptorum exemplarium fidem sanctam, ita huiusmodi nullam esse oportuit, etiam si mille essent reperta & lecta, nedum unius nunquam visi ab eo, qui summam auctoritatem affirmare contendebat. Quod Sancto Augustino adscribatur, sic res habet: In prioribus membranis vacuis sunt vocule quedam scriptæ, eo modo quo scribere solemus, cum calamum temperantes experimur, sed à scriptore pingendi literas rudissimo, inter alia verba illa ter aut quater sunt: Hic liber, Hic liber est, hic liber est Sancti Augustini

: atque ille quisquis fuit scriptor, vel alius, cultello abrasit ncti Augustini
 ita tamen ut obiecta luci membrana lectionem integram prodat, namque atramentum tenacius hæserat, quàm ut abradere ille voluerit vel potuerit. Hinc scilicet æstimatio & auctoritas libro facta est ab iis qui Hebraicè omnino ignorauerint: clarè enim legitur: Hic liber est sa: reliqua ad lucem in rasa membrana leguntur. Hæc est antiquitas & maiestas. Est deinde alius versiculus huic subiunctus, qui & scriptoris testimonium & eius scripturam commendat, Hic liber est sa, sed litera nescio qua. Porro idem liber, ut ille habet, multis hinc Antuerpiæ doctis, & Hebraicarum literarum peritis ostensus est (interim dum apud nos per octo menses integros mansit) Christophoro Plantino, qui illum ad nos deferri curauit, Francisco Raphelingio Plantini genero, Guidoni Fabritio eiusque fratri, Ioanni Harlemio, Ioanni Goropio Becano, Aluaro Nonio, doctoribus & aliis compluribus, redditus est à nobis Clementi ad quem pertinebat: isque illum in sua bibliotheca Mechliniæ habet: certior à nobis factus, quid thesauri in eo contineatur. Ut verò totius rei breue specimen præberemus, quod satis esset ad cætera cognoscenda, eum ipsum nonagesimum sextum Psalmum fidelissimè ad illam fidem descriptum, huic nostræ animaduersioni adprimendum curauimus.

PSALMVS XCVI.

Ex Clementis Angli exemplari descriptus.

a alia exēpl.
 ליום

b alias
 לחצרות
 Vetus interpres: In atria eius.

1 שירו ליוו שיר חדש שיר לוי כל הארץ 2 שירו לוי ברכו שמו בשרו מיום אל יום ישועתו 3 ספרו בגוים את כבודו ככל
 העמים נפלאותיו 4 כי גדול אדני ומהולל מאד ונורא הוא על כל אלהים 5 כי כל אלהי העמים אלילים וי אלוים וי שמים עשהו
 הוד והדר לפניו עון והפארה במקרשו 6 הבר לוי משפחות עמים הבר לוי כבוד ועון 7 הכו לוי כבוד שמו שאו
 מנחה ובואו אלפניו 8 השתחוו לוי בהררת קודש חילו מלפניו כל הארץ 9
 אף תיכון תבל כל המוט ידון עמים במשרים 10
 ושמחו השמים ותגל הארץ ירעם הים ומלאו 11
 לשפוט הארץ ישפט תבל בצדק ועמים באסונתו 12
 ועלו שדי וכל אשר בו אז וירננו כל עצי היער 13 לפניו כי בא כי בא

Principium versiculi 10. deest, nempe

c. Dicite in Gentibus, quia Dominus regnauit.

כתיב & קרי & יתיר

בְּעֶרְבוֹת בְּעֶרְבוֹת 28
prius significat In transitibus: alterum vero, In campestribus.
 וְהָלַחַם וְהָלַחַם 16,2
illic redundat.
 כִּי 10
 וְכִי
 בְּעֹנֵי 12
 לֹא 18
 אִישׁ 23
legitur sed non scribitur.
 בְּאַחַת 17,12
 בְּעֶרְבוֹת 16
 לְעֹזֵר 18,3
 נִפְצוֹת 8
 וְלוֹ 12
 עַל 20
legitur sed non scribitur.
 לֹא 19,6
 הִירָדָן 31
 וְהַעֲבִירוּ וְהַעֲבִירוּ 40
 וַיִּיחַר 10,5
 עֵינֵינוּ 6
 וַיִּקְלְחוּ 14
 הַכְּרֵי 23
 וּשְׂיָא 25
 לֹא 11,4
 יִתֵּן 11,6
 שְׁבַעֲתַיִם Iod abundat pro
 שְׁבַעֲתַיִם
 הַפֶּה וְהַפֶּה
 בְּכַחֲלָהּ חֲחַלְתָּהּ
 הַלּוֹם שְׁמֵי-וְהַפֶּלֶשׁ 12
 הַלְּאוֹם שְׁמוֹהַ פֶּלֶשׁ
 וַיִּשְׁכְּבוּ 16
 מְדִינָה 20
 שְׁמַעְיָא 21
 וַיִּתְנַעַשׂ 13,8
 וַיִּהְיֶה 14
 רִבְבוֹ 33
 רַגְלָיו 34
 מִגְדָּוִל 51
 דָּוִד 11,9
 הַגְּבָרִים גְּבָרִים
 וְאַחֲרָיו וְאַחֲרָיו 11
 שְׁלֹשִׁים שְׁלֹשָׁה 13
 הַשְּׁלֹשִׁי הַשְּׁלֹשָׁה 18
 חֵיל חֵיל
 הָאָרִי הָאָרִי
 אֲשֶׁר 21
 חֲצָרֵי חֲצָרֵי
 נִשְׂאֵי נִשְׂאֵי 37
 נִשְׂאֵי Iod pro
 הָאָרְנָה הָאָרְנָה 14,16
 אָרְנָה אָרְנָה 18

וְאַחַח 19
 כְּלָבִי 25,3
deficit pro
 בָּאֵנוּ 8
 אַבְיָגִיל 18
 עֲשׂוּיָה 18
 וְחַבְאָתִי 34
 מְבִיכְתִּי 26,5
fic infr. vers. 7.
 מְרַאשְׁתִּי מְרַאשְׁתִּי 7
 הַחֲנִית 22
 יוֹסֵף 27,4
 וְהַגְּרִי 8
 כְּנֹ 30,6
 הַיֹּרֵד 24
 II SAMVEL.
 וַיֹּאמֶר 1,8
 כְּבַגְדֵי 11
 דְּמִיךָ 16
 לְאַבְיָגִיל 3,3
 לִישׁ 16
 מִכּוֹאֵךְ 25
 הַיִּיתָ הַיִּיתָ מוֹצִיא 5,2
 וְהַמְבִיא וְהַמְבִיא הַמוֹצִיא
 שְׁנֹאֵי 8
Occidentales scribunt
 וְלֵךְ
 פָּרָה 8,3
legitur sed non scribitur.
 יִשְׂרָאֵל 10,9
 הַמְּלָאכִים 11,1
redundat pro
 מְלָכִים
 וַיִּרְאוּ הַמּוֹרָאִים 24
redundat in his duabus vocibus pro
 וַיִּרוּ הַמּוֹרָאִים
 אֲבָשׁ 12,2
abundat pro
 רֶשֶׁת
 בְּעֵינֵי 9
 וְחַנְנִי 22
 וַיִּקְרָא 24
 בְּמִלְכָן 31
 וְתִלְוֹשׁ 13,8
abundat pro
 וְתִלְוֹשׁ
 שׂוּמָה 13,32
scribitur sed non legitur.
 עַמִּיחֹד 37
 שִׁים 14,7
 מִהֲרַבָּת 11
duo sunt deficientia, pro
 אִישׁ
 עֲשִׂיתִי 21
 עֲבָדְךָ 22
 וְהַצִּיתִי וְהַצִּיתִי 30
 יִשׁוּב 15,8
 אֲנִיעֶךָ 20
 אֲסִיבֶךָ 21
scribitur sed non legitur.

וְאַחִי 17,2
 לְהַשִּׁיבֵנוּ 19,3
 בְּעֵלוֹת 25
 וַיִּצְוֵנוּ 20,13
 וַיִּצְוֵנוּ 21,20
 לְרֹב 22
 RVTH.
 וַעֲשֵׂה 1,8
 מִיַּדְע 2,1
 וְשָׁמַחְתִּי 3,3
 וַיִּרְדַּחְתִּי 3,3
 וְשָׁכַכְתִּי 4
 אֵלַי 5
scribitur sed non legitur.
 אֵלַי 17
 וְאַדְעָה 4,4
 קִנִּיתִי 5
 I SAMVEL.
 וְשָׁלַחְךָ 1,17
cum defectu pro
 וְשָׁלַחְךָ
 וְלֹא 2,3
 מְרִיבֵי 10
 עָלָיו 10
 בְּעֵינֵי 3,18
 יָד 4,13
Sapientius in hoc capite.
 בְּטַחֲוֹרִים בְּעַפְלִים
 וַיַּעֲלֵהוּ 7,9
 מִבְּנֵימִין 9,1
 הַגְּנָה 26
cum iod redundante.
 כָּחַם 11,9
 וַיֹּאמֶר 12,10
 וַיִּיחַל 13,8
 אָמַר 19
 וְתִרְאֶנָּה 14,27
 וַיַּעַשׂ 32
 הַשְּׁלָל 15,16
 וַיֹּאמֶר 15,16
 וַיַּעַץ 17,7
 מִמַּעֲרֹכֹת מִמַּעֲרֹכֹת 23
 וַיִּתְּחַבְּהוּ וַיִּתְּחַבְּהוּ 18,1
 לְשׁוֹר 6
 עֹזֵן 9
 בְּנִיחַת 19,18
 בְּנִיחַת 19
fic infr. vers. 23 bis.
 לֹא יַעֲשֶׂה לֹא יַעֲשֶׂה 20,2
 אֵל 24
 אֲזַנִּי 22,17
 לְדוֹאֵג 18
fic infr. bis.
 אִיבִיךָ Iod abundat. 24,5
fic infr. cap. 26, 8.
 מִן הַמַּעֲרָה 9

וּבְטַחֲוֹרִים וּבְעַפְלִים 28,27
 יִשְׁכַּבְנָה 30
 וַצְבוּיִם 29,28
 בְּמֹתֵי 13
 בְּנֹ 33,9
 IOSVE.
 אֲחִיחִי 2,13
 וּכְיִנֹ 3,4
 מְאָדִם 16
 בְּעֵלוֹת 4,18
 עֲבָרְנוּ 5,1
 וַיֹּאמְרוּ 6,6
 הַקָּעִי 8
 הַלּוֹךְ 12
 וְאַרְאֶה 7,21
 בְּיָנִי 8,11
 לְעִיר 12
 כְּעִיר 16
 וַיֹּאמְרוּ 9,7
 וְשִׁפְלָחוּ וְשִׁפְלָחוּ 11,16
 וְהָיָה 15,4
fic infr. 18, 12. vers. 19.
 הַגְּבוּל 47
 וְשׂוֹכָה 48
 וַיִּנּוֹם 53
 יוֹכְלוּ 63
 הַצֹּאֲתָיו 16,3
 הַעֲמוּנָה 24
 וְשִׁחְצִימָה וְשִׁחְצִימָה 19,22
 וְהָיָה 29
 גֹלְזָן 20,8
fic infr. vers. 27.
 רֹאשׁוֹנָה 21,10
 מְעַבֵּר 22,7
 בְּיָנִי 24
 וְאַרְבָּה 24,3
 וְאַבְיָא 7
 מְעַבֵּר 15
 IVDICVM.
 וַיִּשְׁכְּבוּ 1,27
 כְּצַעֲנָנִים כְּצַעֲנָנִים 4,11
cum defectu
 צַמְאֲתִי 19
 וּבָאוּ 6,5
 צָלוּל 7,13
 וַיִּנּוֹסוּ 21
 מְלֻכָה 9,8
 מְלֻכֵי 12
 וַרְעִיתִי 11,37
 וַאֲשִׁימָה 12,3
 דְּבָרְךָ 13,17
 פְּלִי 18
 לֵה 16,18
 הַאֲסִירִים הַאֲסִירִים 21
fic infr. vers. 25.
 כְּטוֹב 25
 וְהִמְשִׁנִּי וְהִמְשִׁנִּי 26

GENESIS.
 קָרִי .i. legitur.
 הַיָּצֵא 8,17
 וַצְבוּיִם 10,19
Idem infr. cap. 14. occurrit.
 הַנְּעֵרָה 24,14
fic infra pluries.
 וַיִּשָּׂם 33
 גִּיּוֹם 25,23
 יַחֲרִיחַ 27,4
i. abundat
 בָּא גָד 30,11
 צִנְאָרוֹ 33,4
 יַעֲשֵׂה 36,5
fic infr. vers. 14.
 חוֹמָן 15
 אֲסִירֵי 39,20
 הַאֲסִירִים הַאֲסִירִים 22
 EXOD.
 מֹזָה 1,2
 וּבָאֵךְ 13,11
 וַיִּלְוֵנוּ 16,2
 תְּלוֹנוּ 8
 לֹא 21,8
 וַעֲמָדָיו 27,11
 מִטְּבַעְתֵּי מִטְּבַעְתֵּי 28,28
fic infr. cap. 39, 21.
 בָּרַעַו 32,17
 מִדְּוִי 19
 בְּרִיחֵי 35,11
 קְצוֹתָיו 37,8
 LEVITICVS.
 וְדָוִד 9,22
fic infr. 16, 21.
 לֹא 11,21
 יִקְרַח 21,5
 לֹא חָמַ' 25,30
 NUMERI.
 קְרוּאֵי 1,16
 הַפְּדוּיִם הַפְּדוּיִם 3,11
cum defectu
 מִצְּאֲתֵי 11
 עֵנִי 12,3
 תְּלוֹנוּ 16,11
 וַיִּוָּרֵשׁ 21,32
 קְרוּאֵי 26,9
 הַנּוֹאֵן 32,6
 וְהָיָה 34,4
 DEUTERON.
 בְּנֵי 2,33
 מִצְּוֹתָיו 5,10
Idem habes infr. 8, 2. vers. 28, 10.
 שְׁפָכוּ 21,7
Per totum caput saepe inuenitur pro
 נַעֲרָה

וידו 5, 18
לא 6, 21
ושבו 30
על 7, 1
וגוש 5
חחתי 9, 12
במו 19
יחדל ישית 10, 20
ושית
חקו 14, 5
בקדשו 15, 15
deficit & pro
בשונה
חמרמו 16, 16
ובאו 17, 11
שדון 19 ult.
יכלו 21, 13
עיניו 20
וידעו 24, 1
עניו 4
יקצורו 6
ובתבונתו ובתבונתו 26, 12
דרכיו 14
גבולתיו גבורתו
יחרי 30, 11
להתי 13
חשנה 22
מאום 31, 7
והיא 11
חלצו 20
ושפו 33, 20
נפשו 29
וחיחו
בתחבולתו 37, 11
בתחבולתו
מן 38, 1
ידעתה ידעתה שמר 12
השחר
ילדו ult.
ישיב 39, 12
כנפיו 26
ואפרתיו ואפרתו 30
מן 40, 6
יעידנו 41, 1
לא 4
ידעתה ידעתה 42, 2
שבת שבת 9
Psalmi.
הישר 5, 9
ואתה 6, 4
עניים 10, 14
עניים 19
דרכו 10, 5
ידכה ודכה
scribitur חלכאים
una dictio, sed leguntur due.
עניים 12
נודו 11, 1
חסידך 16, 10
סבבנו 17, 11
וצפונך

מיציאו 32, 21
ויבן 33, 16
Iod redundat pro מוזבחותים
בחרבתיהם 7
וישבו 9
ויקטירו Iod redundat.
חמבנים המבונים 35, 3
בשדוים Iod redundat.
I. ESDREA.
נפוסים נפוסים 2, 50
ויעלו 3, 3
ולו 4, 2
ומבילים ומבילים 4
ארבנוא ארבנו 9
ה redundat אלה 5, 15
אל pro
דייגין דאנין 7, 25
לשרשי לשרשו 26
יעיאל יעואל 8, 13
ואצנה ואצאה 17
הנתונים הנתונים 19
redundat ואשקולה 25
Iod pro נאשקולה
Iod redundat כדברך 10, 12
כלוהו כלוהו 35
ויעשי ויעשו 37
ידו penult.
נשאו נשאו ult.
NEHEMIAS.
הם 2, 13
ועמיד ועמידו 3, 15
אחרו אחרו 30
Iod redundat בצחחיים 4, 13
ואמר 7, 3
נפישמים נפושקים 52
אתה 9, 6
ידהון 11, 17
ועני וענו 12, 9
למליכו למלוכי 14
לעדוא לעדוא 16
cum & redundante. למואל 38
ראשי ראש 46
ESTHER.
ובמלאות ובמלואת 1, 5
מומכן מומכן 16
כאמרם באמרם 3, 4
Iod redundat ותבאנה 4, 4
ut & ביהודיים 7
in cap. 8, 1.
עתידים עתודים 8, 14
וקבלו וקבל 9, 27
אחשרש אחשרש 10, 1
IOB.
אתה 1, 10

1. PARALIPOM.
ורופת 1, 6
עויה 46
עלנה 51
ישבו 2, 55
הורוהו הורוהו 3, 24
יצחר יצחר 4, 7
ותילון ותילון 20
המעונים המעונים 41
בני בני 6, 26
צוף צוף 35
ישוב ישוב 7, 1
יעוש יעוש 10
ברוח ברוח 31
ופניאל ופניאל 8, 25
בנימן בנימן 9, 4
פטורים פטורים 33
יעואל יעואל 35
השלישים השלושים 11, 11
ולו ולא 20
ועיאל ועיאל 44
ויואל ויואל 12, 3
גרותיו גרותיו 15
השלישים השלושים 19
חורם חורם 14, 1
ידהון ידהון 16, 38
יעיר יעיר 20, 5
בני בני 22, 7
שלמית שלמות 23, 9
Iod redundat הנבאים איס 25, 1
ושלמית ושלמות 26, 25
הוא הוא 29, 16
II. PARALIP.
חורם חורם 4, 11
מחצרים מחצרים 7, 6
vaf redundat pro אוניות 8, 18
אניות
יעדו יעדו 9, 29
בת בת 11, 18
עפרון עפרון 13, 19
ושמרימורת 17, 8
ושמרימורת
מביהו מביהו 18, 8
ירב ירב 24, 27
vaf redundat pro למאוח 25, 9
Iod redundat pro יכליה 26, 3
Iod redundat הערביים 7
יעיאל יעיאל 11
החפשות החפשות 21
לוענה לוענה 29, 8
יעיאל יעיאל 13
יחואל יחואל 14
vaf redundat pro כנניהו 31, 12
sic vers. sequenti et cap. 35. vers. 9.

בשנה 7, 12
החמון החמון 13
ה cum בהחפוזם 15
בכפוזם redundante
לו 8, 10
שנים 17
להגיד לגיד 9, 15
שלשו שלשו 24
vaf redundat pro שמטוהו 33
שמטוהו
ראתה וראתה 11, 1
הממתיים הממתיים 2
המאות המאות 4
sic vers. 9. & 15.
מוזבחותיו מוזבחותו 18
המלך המלך 20
בנימן בנימן 12, 9
ירי ירי 11
המפקדים המפקדים
החטיא החטיא 13, 6
redundat יהוערין 14, 2
יהוערין Iod pro
ימות ימות 6
מלח מלח 7
ובאו 13
המלך המלך 15, 25
וארומים וארומים 16, 6
ויצנה ויצנה 15
את את 17
מוסך מוסך 18
נביאי נביאו 17, 13
duo שני שני duo 16
וידח וידח 21
secundum puncta legitur, Et expulit. sed secundum literas וידח & auolare fecit.
ומספרוים ומספרוים 24
אלהי אלה ספרוים 31
ספרוים
צאתם חריתם 18, 27
מימירגליהם שיניהם
קצו קצו 19, 23
להשאות להשאות 25
צבאות 31
בניו בניו 37
חצר חצר 20, 4
נכתו נכתו 13
יקח יקח 18
שמעיה שמעיה 21, 12
ויהנה ויהנה 22, 5
בית בית 23, 10
בני בניו 33
במלך במלך 36
זכיה זכיה 24, 10
עלו עליו 15
חמטל חמטל 18
אמות אמות 25, 17

I LIB. REGVM.
Iod redundat עבדיך 1, 27
עבדך
אל על 33
יהיה יהיה 37
אלהים אלהים 47
Iod redundat pro וישיבנו 2, 24
ווישיבנו
האחד האחד 4, 7
רגלו רגלו 5, 3
יצוע יצוע 6, 5
redundat מירכותו 16
מירכותו pro
ברחוקה ברחיקות 21
חשבכה חשבכה 7, 20
וקו וקו 23
האלה האלה 45
Iod abundat רבריך 8, 26
וישחחו וישחחו 9, 9
תמר תמר 18
וידבר וידבר 12, 7
ובא ובא 12
ובאו ובאו 21
מלכו מלכו 33
את את 14, 2
שישק שישק 25
וקדשו וקדשו 15, 15
המלך המלך 18
ובחשאתו ובחשאתו 16, 26
ובשגוב ובשגוב 34
חת חת 17, 15
היא והוא הוא והיא 16
סבבמה מן מהמה 18, 5
cum Iod וברריך 36
redundante.
אחד אחד 19, 4
מעלו מעלו 20, 40
ספרים הספרים 21, 8
cum defectu מבי 21
מביא pro א
אביא אבי 29 sic
עשר עשר 22, 49
נשברו נשברה
II. REGVM.
הגאיות הגאיות 2, 16
ובו ובו 3, 24
לך לך 4, 2
שבינכי שבינכי 3
מוצקת מוצקת 5
נשינכי נשינכי 4, 7
את את 16
אתי הלכה אתי הלכה 23
אמנה אמנה 5, 12
scribitur, sed non legitur. נא 18
מאן מאן 25
והחירו והחירו 6, 10
רבינים הריונים 25

24 וורה וורה
6 בור בור
21 ואברו ואברו
25 הצאו הצאו
הלכו הלכו
ante pen. לבס סא ורכס
penult. scribitur una dictio, sed leguntur due.
7, 22 הוציאו הוציאו
8, 1 וציאו וציאו
6 במרצתם במרצתם
7 וסוס וסוס
9, 7 שחוט שחוט
10, 1 ארץ ארץ
17 יושבת יושבת
13, 16 ושית ושית
20 שאו שאו
וראו וראו
21 למדתי למדתי
14, 3 צעוריהם צעוריהם
14 ואליל ואליל
14 ותרמית ותרמית
14 לבס סא לבס סא
15, 4 לזעה לזעה
8 אלמנתיו אלמנתיו
9 באה באה
11 שריתך שריתך
16 דברך דברך
16, 16 לדגים לדגים
17, 8 יראה יראה
10 כדרכו כדרכו
11 ימו ימו
13 יסורי יסורי
18 העם העם
22 שומע שומע
23 בה בה
18, 2 והנה הוא והנה הוא
9 הרעה הרעה
14 שבילו שבילו
15 שרוקת שרוקת
21 שוחה שוחה
22 ויהו ויהו
19, 2 החרסית החרסית
15 מביא מביא
21, 9 ותיח ותיח
12 מעלליכם מעלליהם
22, 2 שמעו סא שמעו סא
4 ועברו ועברו
6 נושבו נושבו
23 ישתב ישתב
מקנתי מקנתי
נחתי נחתי
23, 17 דברי דברי
24, 9 לזעה לזעה
25, 7 הכעסני הכעסני
13 והבאתי והבאתי
26, 6 הזאת הזאת
18 מיכה מיכה
28, 2 בשנת בשנת
19, 14

18, 4 וישקוטה cu vaf
redundante.
23, 12 כחיים כחיים
23 בחינו בחינו
25, 10 במו במו
26, 20 ולתיך Iod redundat. sic vaf in ועבור
28, 15 שוט שוט
ועבר ועבר
29, 11 הספר הספר
31, 32 בה בה
33 הוא הוא
32, 15 וכרמל וכרמל
36, 11 חראיהם חראיהם
מימי מימי
רגליהם רגליהם
37, 30 ואכלו ואכלו
Ratione punctorum legitur ואכלו sed ratione literarum ואכול
41, 23 ונראה ונראה
42, 20 ראוח ראוח
למשסה למשסה
44, 24 מאתי מאתי
45, 2 אושר אושר
46, 11 עצתי עצתי
47, 10 הכרי הכרי
48, 9 אחטום redudat ו.
49, 5 לא לא
ונצרו ונצרו
6 ופצחו ופצחו
13 והתפתחו והתפתחו
52, 2 משלו משלו
54, 16 הנה הנה
55, 1 וחת וחת
56, 10 צפיו צפיו
57, 19 נוב נוב
60, penult. מטעו מטעו
62, 3 וצנף וצנף
63, 9 לא לא
65, 4 ופרק ופרק
על על
66, 17 אחת אחת
JEREMIAS.
2, 14 נצתה נצתה
19 אעבור אעבור
23 נפשו נפשו
24 ונרנך ונרנך
26 ילדתי ילדתי
41 למדת למדת
3, 2 שגלת שגלת
4 קראתי קראתי
7 ותראה ותראה
19 תקראי תקראי
תשובו תשובו
4, 5 ותקעו ותקעו
19 אוחילה אוחילה
שמעת שמעת
19 ואתי ואתי
30 אסלח אסלח
5, 7 מונגים מונגים

דומה puncta ואברו
24 דור דור
28, 8 ובחריבית redund.
16 שנאי שנאי
30, 10 אדנו אדנו
18 וארבעה וארבעה
31, 4 או או
Ratione puncti legitur או et ratione vaf
15 נטע נטע
17 ברילה ברילה
26 Iod redudat vel est metathesis הליכות
ECCLESIAST.
4, 8 עינו עינו
17 redudat י רגליך
5, 2 הוא הוא
10 ראוח ראוח
6, 10 redudat ה שהחקיף
7, 24 אתה אתה
9, 4 יחבר יחבר
Secundum priore lectionem est Eligitur. secundum alteram vero Confociabitur.
10, 3 ה כשהסקל redudat.
10 vlt. הכנפים הכנפים
11, 9 scribitur ובמראי Iod, sed legitur ה pro
12, 6 ירחק ירחק
Secundum priorem lectione, Elongabitur? secundum alteram Constringetur.
CANTIC. CANTICORVM.
1, vlt. רחישנו רחישנו
2, 11 הסתיו הסתיו
לך לך
14 redudat ומראיך
4, 9 באחת באחת
ISAIAS.
3, 15 מה לכם מה לכם
16 נטווח נטווח
5, 29 ושאג ושאג
8, 3 לו לו
9, 6 למרבה למרבה
10, 6 ולשמו ולשמו
ועתידתיהם ועתידתיהם
כביר כביר
בת בת
12, 5 מידעה מידעה
13, 16 השבבנה השבבנה
15 scribitur, וריבון sed corrigitur
16, 31 הביאי הביאי
עשו עשו

148, 2 צבאו צבאו
PROVERBIA.
1, 7 כשאה כשאה
2, 7 וצפן וצפן
8 חסריו חסריו
3, 15 מפניים מפניים
27 ירך ירך
28 לרעה לרעה
30 הרוב הרוב
4, 3 לבני לבני
16 יכשילו יכשילו
6, 13 בעינו בעינו
ברגלו ברגלו
14 מדינים מדינים
16 הועבת הועבת
8, 16 אהבי אהבי
מצא מצא
11, 3 ושרם ושרם
12, 14 ושוב ושוב
13, 20 הולך הולך
14, 21 וחכם וחכם
14, 21 עניים עניים
15, 14 ופני ופני
16, 19 עניים עניים
27 שפתו שפתו
17, 12 חמוש חמוש
27 יקר יקר
18, 17 ובא ובא
19 ומדינים ומדינים
19, 7 לא לא
16 יומת יומת
19 גדל גדל
20, 4 ושאל ושאל
16 נכריה נכריה
21 מבחלת מבחלת
30 תמרוק תמרוק
21, 20 מדינים מדינים
sic vers. 19.
29 יבין יבין
דרכו דרכו
22, 3 ונסתר ונסתר
שלושם שלושם
20 ארחתו ארחתו
23, 5 התעוף התעוף
ועוף ועוף
24 גול יגול גול יגול
וילד וילד
וישמח וישמח
26 תצורנה תצורנה
מדינים מדינים
sic cap. 25, 24.
31 בכום בכום
24, 17 אויבך אויבך
26, 2 לא לא
21 מדינים מדינים
24 בשפתיו בשפתיו
27, 10 ורעה cum ה redudante pro ורע
20 ואברו ואברו
Secundum literas legitur ואברו sed secundum

14 וצפוף וצפוף
21, 2 Iod redundat יגול
22, 18 כארי כארי
24, 4 נפשו נפשו
5 דרשו דרשו
26, 4 צרופח צרופח
27, 5 בסכה בסכה
30, 4 מירי מירי
38, 21 רדופי רדופי
39, 1 לידתו לידתו
31, 3 יאשר יאשר
49, 15 וצורם וצורם
51, 4 הרב הרב
54, 7 ושוב ושוב
55, 16 ושימות ושימות
56, 7 וצפוני וצפוני
58, 8 חצו חצו
59, 10 חסרו חסרו
ינועון ינועון
60, 7 וענני וענני
66, 7 ירמו ירמו
71, 14 חישה חישה
הראיתי הראיתי
20 החיני החיני
תעלני תעלני
72, 17 יבין יבין
73, 2 נטו נטו
שפכה שפכה
10 ושוב ושוב
16 הוא הוא
74, 6 ועת ועת
חוקך חוקך
77, 1 וידתך וידתך
12 אזכור אזכור
79, 10 בגימ' בגימ'
85, 2 שבות שבות
89, 18 תרים תרים
90, 8 שת שת
92, 16 עלתה עלתה
אחכבו אחכבו
100, 3 ולא ולא
102, 24 כחו כחו
105, 18 רגלו רגלו
28 דברו דברו
שלו שלו
108, 7 וענני וענני
119, 79 וידעו וידעו
114 Iod redundat. sic vers. 161. in ומדברך
123, vlt. לגאיו לגאיו
יונים יונים
126, 4 שבתנו שבתנו
129, 3 למעניהם למעניהם
139, 6 פליאה פליאה
ולו ולו
140, 10 יכסמו יכסמו
11 ומוטו ומוטו
13 ידעת ידעת
141, 6 ונרלתיך ונרלתיך
147, 19 דברו דברו

46,9 יצאו ועשו
 15 ועשו ועשו
 19 בירכתיים בירכתיים
 47,10 יעמדו יעמדו
 11 בצאתו בצאתו
 11 ותיר ותיר
 48,8 בתוכו בתוכו
fic infr. vers. 15. et 21.
 14 יעביר יעבור
 16 *scribitur, sed non legitur.*
 18 תבואתו תבואתו
OSEE.
 4,6 ואלמאסאך *aleph redundat.*
 6,10 שעריריה שעריריה
 8,12 אכתוב אכתוב
 9,15 בלי בלי
 10,10 עונתם עונתם
IOEL.
 4,1 אשוב אשוב
AMOS.
 8,4 עניו עניו
 8 ונשקעה ונשקעה
 9 מעלותיו מעלותיו
OBADIAS.
 שעריו שעריו *vers. 11*
MICHAH.
 1,8 שולל שולל
 10 התפלשי התפלשי
NAHUM.
 1,3 וגדל וגדל
 2,6 בהליכתם בהליכתם
 3,4 יכשלו יכשלו
HABACVC.
 3,3 עוז עוז
 13 פרזו פרזו
SOPHONIAS.
 2,8 שבתם שבתם
HAGGAEVS.
 1,8 ואכבר ואכבר
ZACHAR.
 1,4 ומעליליכם *Iod redundat.*
 16 וקוה וקוה
 2,8 אלו אלו
 4,2 ואמר ואמר
 11,1 הכצור הכצור
 14,2 תשכבנה תשכבנה
 וקפאון וקפאון 6
FINIS.

והבנים והובנים 15
 חחים חחים 29,4
 בכף בכף 7
 תחיל תחיל 30,16
 סרעפתיו סרעפתיו 31,5
 חחיתו חחיתו 32,32
 צדקתיו צדקתיו 33,14
 חטאתו חטאתו 16
 ביערים ביעורים 34,35
 תשובנה תשובנה 35,9
 שממו שממה 12
 את את 36,8
 וגויך וגויך
fic vers. sequentib.
 9. et 10.
 תשכלי תשכלי 9
 חבריו חברו 37,16
fic vers. sequent. et 19.
 יהיו יהיה 22
 שבות שבות 39,28
 חיו במעלתו 40,6
 ואיליו ואילו 9
 האיהון האיהון 15
 ותאו ותאו 21
fic infra sapius.
 ואלו ואלו ואלמו ואלמו
fic paulo post aliquoties
 וחלונו ואלמו וחמרו 22
 ניו מיו ניו *et paulo post aliquoties.*
 מיו מיו
 חיו עלומו 26
 ליו מעלו 31
et infr. sape.
 סוסרות סוסרות 41,9
 ואחיקיהא ואחיקיהא 16
 ומתחרה הלשכות 42,9
 ומתחרה הלשכות ומתחרה הלשכות
 המביא המביא
 ולבשו ולבשו 14
 מאות מאות 17
 צורתיו צורתו 43,11
 חיו חורתו
fic sequent. cap. vers. 6.
 יכפרו יכפרו 26
 ירו ירו
 למשפט למשפט 44,24
 וספטהו וספטהו
 חמשה חמשה 45,3
 והיה והיה 8

EZECHIEL.
 וירו וירו 1,7
 ואשב ואשר 15
 הימני הימני 4,6
 צפיעי צפיעי 15
 ולגאות ולגאות 6,3
 ארבע ארבעת 7,1
 וחללתי וחללתי 20
 מה הם מהם 8,6
 אלו אלו 9,4
 אל אל 5
 עינכם עיניכם
 ככל אשר ככל אשר *alt.*
 עזרו עזרו 12,14
 בא בא 14,3
 שש שש 16,13
 אכלת אכלתי
 נחת נחתי 18
 ילדת ילדתי 20
 זכרת זכרתי 22
fic vers. 43.
 תזנותך תזנותך 25
 עשית עשיתי 31
fic vers. 43 et 47. et 51.
 היית הייתי
 נחת נחתי 36
 אחותך אחותך 51
 שביחזן שבוהזן 53
 שבות שבות
fic paulo post bis.
 ועשיתי ועשיתי 29
 פארות פארות 17,6
 סברתו סברתו 21
 וירא וירא 18,13
 הרשע הרשע 19
 חטאתיו חטאתו 20
 מדרכו מדרכו 22
 צדקתיו צדקתו 23
 וישב וישב 27
 כקסום *vaf redundat.* 21,27
 לסוג לסוג 22,17
 כשדוים *Iod redundat.* 23,13
 ותענבה ותענבה 15
 סבאים סבאים 41
 עתה עתה 42
 וזנו וזנו
 לבז לבז 25,7
 וקריתמה וקריתמה 9
 חיושבת חיושבתי 27,3
 כחיים כחיים 6

חשמו חשמו 11
 תעלו תעלו
 חפשו חפשו
 ותצהלו ותצהלו
 אשויהת אשויהת
secundum litteras legitur
 אשויהת אשויהת *secundum puncta*
 לה *legitur, sed non scribitur.*
 ארצים ארצים 44
 ירדך *scribitur, sed non legitur.* 51,3
 שכנת שכנת 13
 אכלנו אכלנו 34
 הממנו הממנו
 הציגנו הציגנו
 הדיחנו הדיחנו
 הדיחנו הדיחנו
 חמוטל חמוטל 52
 בית בית 11
 אחר אחר 20
 קוסח קוסח 21
 הכלוא הכלוא 31
 המלכים המלכים 32
 חיו חיו 33
THRENI.
 מבת מבת 1,6
 מעמוריהם *vaf redundat.* 11
 העמים העמים 19
 ולא ולא 2,2
 שבוהזן שבוהזן 13
 בלילה בלילה 18
 ארי ארי 3,10
 ותשיח ותשיח 19
 חטאיו חטאיו 37
 חגים חגים 4,3
scribuntur כפי ענים *due dictiones, sed legitur vna.*
 כל כל 12
 וזקנים וזקנים 16
 עדינו עדינו 17
 יושבת יושבת 21
 הביטה הביטה 5,1
 אין אין 3
 ולא ולא 5
 ואינם ואינם 7
 ואנחנו ואנחנו
 ונשובה ונשובה *penult.*

שבוהזן שבוהזן 29,14
 לועה לועה 17
 היריע היריע 22
 א *redundat.* 30,16
 באים *legitur sed non scribitur.* 31,38
 קוה קוה 39
 השדמות השדמות 40
 בשנה בשנה 32,1
 ועינו ועינו 4
 ובתורתך ובתורתך 23
 החטוי החטוי 35
 אשוב אשוב 33,26
 ויכבשום ויכבשום 34,11
 לועה לועה 17
 הכלוא הכלוא 37,4
 ואיו ואיו 19
 ויהיה ויהיה 38,2
 סחכות הסחכות 11
scribitur, sed non legitur. 16
scribitur, sed non legitur. 39,13
 מביא מביא 17
 הדבר הדבר 40,3
 עיפי עיפי 8
 תעשה תעשה *alt.*
 כמותם כמותם 41,17
 אנחנו אנחנו 42,6
 התעיתם התעיתם 19
 שפרו שפרו 43,11
 ונא ונא 12
 חרבית חרבית 46,10
 צעוריה צעוריה 48,4
 תלחית תלחית 5
 כמוש כמוש 7
 יעזר יעזר
 ושביו ושביו 18
 הלילו הלילו 20
 וזעקו וזעקו
 מופעת מופעת 21
 הנם הנם 43
 תהלת תהלת 49,25
 עליכם עליכם 30
 עולם עולם 36
 אשוב אשוב 38
 שבת שבת
 חיו חיו 50,6
 שובבים שובבים
 יצאו יצאו 8